

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

54

IALEMVS SEPVLCHRALIS
BEATISSIMIS MANIBVS
INCOMPARABILIS THEOLOGI,
ET
VIRI PLVRIMVM REVERENDI
DOMINI
LEVINI COL-
DEVII,

SVPREMI ECCLESIARVM IN
ORIENTALI FRISIA ET HARLINGIA
PRAESIDIS,
SERENISSIMO FRISIORVM PRINCIPI
A CONCIONIBVS SACRIS, ET CONSILIIS
ECCLESIASTICIS, ILLUSTRIVMQVE SCHOLARVM
MERITISSIMI EPHORI &c.

III. IDVS DECEMBRES cIoIo ccxxix.
CONTRA SPEM VOTVMQVE OMNIVM BONORVM
PIE DEFVNCTI.

S A C E R.

SCRIBEBAM HALAE MAGDEBVRGICAE

VIII. CALEND. IAN.

IO. HERM. IANI.

PAED. REG. HALENS. COLLEGA.

LITTERIS IO. CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.

AC



Cæcas hominum fortes! cum syrmate nigro
 Funeribus subeant funera tanta piis!
 Exponunt Frisii querulas vbicunque Cupressos,
 Et postes domuum noxia taxus amat.
 Ferales Frisiæ referebat epistola casus,
 Pagina vel quæuis nuncia mortis erat.
 Quid facerem? stupida mirabar vulnera mente,
 Mirabar miras mortis vbique vias.
 Vix ego reddebar mihi, dum celeberrima perdo
 Nomina, dum perdo grande patrocinium.
 Luximus, ecce, tuas, nec iam deluximus vinas
 Et non sperandam, MENE Beate, diem.
 Plurima perdiderat, quid enim tacuisse iuabit?
 Patria, per miseram te fugiente vices.
 Te Patria & Princeps, Vir Candide, quærit ademtum,
 Publica Te pietas, publicus optat Amor,
 Non satis est nobis fortem superare malignam,
 Et semel optatum deseruisse virum.
 Pascitur, atque noua rogi heu! caligine fumat,
 COLDEVIO fletus nunc repente novos
 Continui lessus, repetitaque vulnera mordent;
 Mordet, non facilem sæpe ferire DEum.
 Grande malum dicas, fidis caruisse ministris
 Nomina præpropere candidiora rapi.
 Mox aberunt exempla Viris, en! protinus omni
 lbimus exsequias nunc pietate pias.
 Sæcla manent viduata bonis, simulataque Virtus
 Præmia virtutis nunc genuina velit.
 Ipse ego de tanta tantorum strage Virorum
 Omina non patriæ prosperiora feram.

Quid quaeso mirum refluxus in carmina venas
 Auxiliatrices addere nolle manus?
 Nomina non plebis, non infima funera terrent;
 Non fulmen mortis nos leuidense ferit;
 Nomina, sincera longe celeberrima mente;
 Nomina, quæis nomen iungere nemo qucat;
 Nomina, sacratæ nunc deploranda cateruæ;
 Nomina, quæis pietas nomina sacra facrat;
 Nomina, quæ Frisii merito planguntur Eois;
 Nomina, principibus quæ placuere viris;
 Nomina succumbunt maturo dulcia damno:
 Succumbunt lacrimis carmina inoftra simul.
 O! mea fuscatis si querquera Musa pagellis
 Musfitet, & strepero dissonet ægra sono!
 Eloquar an fileam! quid enim lamenta iuuabunt?
 Quid tacuisse velim! Suadet vtrumque dolor.
 Suadet vtrumque dolor. Sed amaro plangere luctu
 Manes egregios mens pietasque iubet.
 Sancte cinis! querulos lessus, & carmina fume,
 Carmina mendica conglomerata manu.
 Carmen habe lacerum, lacerata mente profectum;
 Qualia sunt Frisii tempora, carmen habe.
 Est equidem numeris alias medicina, sonisque,
 Et medicam confert nobile carmen opem.
 At nunc incommos cum fletibus augeo fletus,
 Et gemit ad gemitus in seia Musa pios
 Publicus hic dolor est, est publica nunc iactura,
 Quæ facit, vt nullas mens mea captet opes.
 Ite piæ lacrumæ, pietas iubet, ite querelæ f
 Ite precor, numeri, quo vocat illa, pii!
 Effusus tantas vlciscitur imbribus urnas,
 Et stupet immenso mens tremebunda malo.
 Nam pictas laniata comam, virtusque subacta
 Planctibus & peplo nomina sancta tegunt,
 Ipsæ iacturam deslent Charitesque, Fidesque
 Diffusas trepidans dilaniata comas.
 Et merito. Quid enim præcone decentius illo,
 Qui princeps meritis & pietate fuit?
 Gloria prima fuit, Cacodæmona pellere campo:
 Gloria, non causam deseruisse Dei:
 Gloria melle sacro laceratas vngere mentes:
 Gloria, pacatum semper habere DEUM.
 Quis maiore DEUM coluit pietate? quis æui
 Longior a vitiis, quam fuit ille, fuit?
 Quæ non integritas, quæ non constantia, quæ non
 Pax & honos illi frontis & oris erat?

Quam patrio rexit sacram moderamine turbam?
Quam fuit in rebus maxima cura sacris?
Lex erat, exemplum vitæ, quo iustus ullum
Sæcula temporibus non habuere suis.
Plura quid adiiciam? Tua laus, Tua gloria, crede,
Vir Pie, sine suo, ceu dolor ipse caret.
Nascimur & subito denascimur ordine cuncti,
Non alia nasci conditione datur.
Sed virtute DEI, denatum posse renasci,
Hoc opus, hic labor est, hæc pia cura piis.
Verteris in cineres equidem, mutumque cadauer,
Extremamque subis, Vir Reverende, vicem:
Sed redit ad superas Tua mens pretiosior auras,
Deque Tuo felix funere victor ouas.
Hic ver perpetuum vigeat. Procul ite Decembres!
Ite procul brumæ frigora dura feræ!
Rides, COLDEVI, bacchantem in pulvere turbam?
Rides contemti gaudia vana luti.
Parce, meos, inquis, manes onerare beatos,
Quisquis & ad tumulum flesque gemisque meum!
Flerè decet iuvenes, quos primo flore iuuentæ
Mortis dura dies eripit ante diem.
Tristitia non vitæ mulebant tædia mentem,
Sic mihi dulce fuit viuere, dulce mori.
Fortunata dies, quæ me tellure caduca
Tollis, & optata das mihi pace frui,
Jam dudum superas animus sperauerat arces,
Gaudebatque DEo mens propiore frui.
Sum voti compos, dum calica gaudia capto.
Munere nil isto plenius esse potest.
Viuere si detur, renuam: iuuenescere nolim,
Et, quam confeci, rursus inire viam.
Parce meos, repeto, manes onerare beatos
Extrema spatium circumeunte rota
Namque dolere Virum, vitali Morte beatum
Liuor erit tantum, non amor, iste dolor.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40



IALEMVS SEPVLCHRALIS

BEATISSIMIS MANIBVS
INCOMPARABILIS THEOLOGI,

ET
VIRI PLVRIMVM REVERENDI

DOMINI

LEVINI COL-

DEVII,

MI ECCLESIARVM IN
NTALI FRISIA ET HARLIN-
GIA PRAESIDIS,

SSIMO FRISIORVM PRINCIPI

SIONIBVS SACRIS, ET CONSILIIIS
SIASTICIS, ILLVSTRIVMQVE SCHO-
LARVM MERITISSIMI EPHORI &c.

IDVS DECEMBRES cldo ccxxix.
A SPEM VOTVMQVE OMNIVM BONORVM
PIE DEFVNCTI,

S A C E R.

BEBAM HALAE MAGDEBVRGICAE

VIII. CALEND. IAN.

O. HERM. IANI

PAED. REG. HALENS. COLLEGA.

TO. CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.

AK

